

Tudentini sub Pio Quarto die xxvi February MDLXX

Sacrosancta oecumenica et Generalis Tudentina Synodus in spū  
sancto legitime congregata presidentibus in ea ysdem sedes Ag ca  
legatis, non humanis quidem uiribus confisa, sed Dni nri Iesu  
Christi, qui os, et sapientiam Ecclesie sue daturum se promisit  
ore, et auxilio freta, illud precipue cogitat, ut Catholica fidei  
doctrinam multorum inter se dissidentium opinioibus labefacta  
pluribus locis inquinatam, et obscuratam, in suam puritatem, et  
splendorem aliquando restituat, et mores qui a ueteri instituto  
deflexerunt ad meliorem uitae rationem reuocet, corq. patrum  
ad filios, et cor filiorum ad patres conuertat. Cum itaq. omnium  
primum animaduertit hoc tempore suspectos, ac perniciosos  
librorum quibus doctrina impura continetur, et longe lateq.  
diffunditur numerum nimis excreuisse, quod quidem in causa  
fuit, ut multa censura in uarijs prouincijs, et praesertim in alma  
urbe Roma pio quodam Zelo edita fuerint, neq. tamen Eius tam  
magno, ac pernicioso morbo salutarem ullam profuissē medicinam.  
censuit, ut delecti ad Eandē inquisitionem Patres de censuris, li-  
brisq. quid factū opus esset diligenter considerarent, atq. etiam  
ad eandem sanctam Synodum suo tempore referrent, quo facilius  
ipsa possit uarias, et peregrinas doctrinas tamq. Zizania a  
Christiana ueritatis tritico separare, deq. his cōmodius delin-  
berare, et statuere, quae ad scrupulum ex complurium animis  
eximendum, et tollendas multarum querelarum causas, magis  
opportuna uidebuntur

Hæc aut omnia ad notitiam quorumcumq. deducta esse uult, prout  
etiam presenti Decreto deducit, ut si quis ad se pertinere aliquo  
modo putauerit, quæ uel de hoc librorum, et censurarum negotio  
uel de alijs quæ in hoc generali Concilio tractanda prædixit: non dubitet  
à sancta Synodo se benignè auditum iri.

Quoniam uero eadem sancta Synodus ex corde optat, Deumq. emixè rogat  
quæ ad pacem sunt Ecclesie, ut uniuersi cõmunem matrem in terris  
agnoscentes, quæ quos peperit, obliuisci non potest, unanimis uno ore  
gratificemur Deum, et patrem Dni nri Iesu Cris per uiscera miseri-  
cordie eiusdem Dei, et D. N. omnes qui nobiscum cõmunionem non habent  
ad concordiam, et reconciliationem, et ut ad hanc sanctam Syno-  
dum ueniant, inuitat, atq. hortatur, ut quæ charitatem (quod  
est uinculum perfectionis) amplectantur, pacemq. Cris exultantem  
in cordibus suis præ se ferant, in quam uocati sunt, in uno corpore  
hanc ergo non humanam, sed Spiritus sancti uocem audientes, ne  
obdurent corda sua, sed in suo sensu non ambulantes, neq. sibi  
placentes, ad tam pieam, et salutarem matris sue admonitionem  
excitentur, et conuertantur: omnibus enim caritatis officijs  
sancta Synodus eos, ut inuitat, ita complectetur.

Insuper eadem sancta Synodus decreuit fidem publicam in  
Congregatione gnali concedi posse, et eandem uim habituram  
eiusdemq. roboris, et momenti futuram, ac si in publica sessione

Dignus d. Arch. granaten. Respõdit uerbo, I<sup>m</sup> decretum sibi nõ pla-  
cere quò ad duo, et q<sup>i</sup> in Tit<sup>o</sup> nõ ponebant uerba illa. Uniuersal<sup>is</sup>  
ecc<sup>am</sup> rep<sup>ntans</sup>, et q<sup>i</sup> <sup>synodus</sup> promittebat se tractat<sup>ur</sup> de censuris libror<sup>um</sup>, -  
ipse enim desiderabat hoc tractari, sed tñ <sup>uoluit</sup> q<sup>i</sup> st<sup>a</sup> synodus nõ pro-  
mittebat, ppter periculum nõ adimplendi synodum ob rei difficultate? -

data, et decreta fuisset

Ad 2<sup>m</sup> decretum D<sup>ni</sup> idem D<sup>ni</sup> d. Arch.  
granaten. sibi placere, dum in hoc Ep<sup>is</sup> inter  
medio tractentur materiz reformationis.

Decretu 2<sup>m</sup> publicatum in eadem 2<sup>a</sup> sessione

Eadem Sacrosancta Tridentina Synodus in spiritu sancto legi-  
time congregata presidentibus in ea iisdem sedis Ap<sup>ca</sup> Legatis statuit  
et decernit proximam futuram Sessionem habendam et celebranda  
esse feria quinta post sacratissimum festum Ascensionis Domini  
que erit dies XIII mensis May

(10)

fides pu<sup>ca</sup> seu saluus conductus datus  
In privata quadam congregatione . 4. martij  
1562.

Sacrosancta Oecumenica, et generalis Tridentina Synodus in spiritu  
sancto legitime congregata, presidentibus in ea eisdem Apostolica sedis  
Legatis, uniuersis fidem facit, quod omnibus, et singulis sacerdotibus, Electorib.  
Principibus, Ducibus, Marchionibus, Comitibus, Baronibus, Nobilibus Militi-  
taribus, Popularibus et alijs quibuscunq. uiris, cuiuscunq. Status et con-  
ditionis, aut qualitatis existant Germanica Prouincia, et Nationis, Cui-  
tatibus, et alijs locis eiusdem, et omnibus alijs Ecclesiast. et secularibus pra-  
sertim Augustanae confessionis personis, qui, aut que una cum ipsis ad  
hoc generale Concilium Tridentinum uenient, aut mittentur, ac profecturi